

Possibilibus, an hæc quoque de contractu matrimo-
nij rejiciendæ sint, juxta dispositionem d. cap. sim. in
secunda parte, an vero suum operentur effectum.
suspendendo matrimonij valorem vsque ad illarum
entium late agit pro & contra cum suis Autho-
ribus Thom. Sanch. ibidem num. 12 & 13. vbi numer. 14.
inquit sibi placere distinctionem Greg. Lop. in d. l. 6.
verbo, monte de oro.

49 Et numero 15. agit etiam de conditione, quæ ex
natura sua possibilis est, ac ex accidenti est im-
possibilis, aut ex lapsu temporis, & numer. 16. pro-
culdubio tenet partem negativam cum sententia.
recepta quamplurium Doctorum, quos ibi citat, &
num. 17.

50 Inde infert conditionem hanc; contraho tecum
si ex virgo non rejici, sed si talis est valere statim ma-

trimonium, secus si talis non sit, quia est honesta
conditio, & natura sua possibilis, quamvis per acci-
dens supposita defloratione impossibilis sit, vt te-
nent DD. quos ibi ad hoc citat.

De conditione vero impossibili contraria sub-
stantia matrimonij agit etiam ibi numero 19. an reji-
cienda sit, vel potius aequulet matrimonium? & re-
soluit non rejici, sed annullare matrim. vt contraho
tecum, si veneris ad exequias meas, quod est idem ac
post obitum meum: & similiter contraho tecum, si
non ascenderis Capitolium, quia cum sit condi-
tio negativa, & euss contrarium toto vite curriculo
fieri potest, & est idem ac si diceret, contraho tecum,
post mortem meam, vt habetur in §. si quis stipuletur.
insti. de verb. oblig. & refert DD. ita tenentes in pro-
posito, estque verum, & tenendum.

TERTIA

[Faint, mostly illegible text in the left column of the right page, likely bleed-through or very faded print.]

[Faint, mostly illegible text in the left column of the right page, likely bleed-through or very faded print.]

TERTIA PARS
DE IMPEDIMENTIS
MATRIMONII

CAPITVLVM LXXXIII.

SVM MARIVM.

- 1 Impedimenta matrimonij quædam sunt, quæ impedi-
unt, non tamen dirimunt iam contractum, quæ-
dam vero quæ impediunt & dirimunt.
- 2 Matrimonium an interdicitur feriarum tempore
ipsiusque consummatio, benedictiones, & sponsa
in sponsi domum traditio?
- 3 Matrimonium an liceat contrahere, & nuptias be-
nedicere tempore interdicti, & cessationis à Di-
uinis?
- 4 Excommunicatus maiori excommunicatione potest
valide matrimonium contrahere.
Peccat tamen mortaliter si ante absolutionem illud con-
trahat, vt in num. 5.
- 5 Excommunicatus minori peccat mortaliter contra-
hens matrimonium ante absolutionem.
- 6 Matrimonium scienter contrahens cum excommuni-
cato an peccet?
- 7 Matrimonium contrahere cum excommunicato mi-
nori nondum denunciatio nulla culpa est.
- 8 Matrimonium contrahentes excommunicati ambo an
peccent?
- 9 Excommunicatus maiori, an possit sponsalia de fu-
turo cum iuramento celebrare absque culpa le-
thali?
- 10 Benedictiones nuptiales conferri non possunt ligato ex-
communicato maiori.
- 11 Excommunicatus maiori, vel minori tenetur pramit-
tere absolutionem antequam contrahat matri-
monium.
- 12 Confiteri an teneatur contrahens matrimonium an-
tequam illud contrahat.
- 13 Sensus etiam generaliter si solis minoribus Ordi-
nis imitatus sit, non peccat contrahendo matri-
monium.
- 14 Doctoratus gradum accipiens excommunicatum vali-
dus est, siue sit in iure Canonico, siue in Sacra
Theologia.

Impedimenta matrimonij quædam sunt, quæ licet
ipsum licite contrahi impediant, contractum ta-
men de facto non dirimunt: quædam tamen sunt
impedientia, & dirimentia iam contractum: prio-
ris gradus impedimenta non aduersantur essentia
matrimonij, sed solennitati, & ornameto alicui
accidentali, & ideo illud minime dirimunt: poste-
rioris autem generis sunt contraria essentia mat-
rimonij, ideoque id dirimunt: ea autem enumerat,
& declarat Thom. Sanch. de matrimonio, secundo tam.
lib. 7. dispn. 8.

2 An autem feriarum tempore interdicitur ma-
trimonium, eius consummatio, benedictiones, ac
sponsa in sponsi domum traditio, & sic pro expli-
catione text. in cap. Capellanus de feris, & c. non oportet,
l. & 2. & cap. non licet: & cap. ne uxorem 33. quest. 4. &
Decreti Concilii Trident. sess. 24. de reform. mat. cap.
16. vbi solennitates nuptiarum certis temporibus in-
terdicuntur. latissime agit ibidem Thomas Sanch.
d. lib. 7. dispn. 7. per totam.

Et quest. 8. an tempore interdicti, & cessationis à
Diuinis liceat matrimonium contrahere, & nuptias
benedicere.

Excommunicatus maiori excommunicatione va-
lide matrimonium contrahere potest, vt probatur
in cap. significasti de eo, qui dicit in matrim. & c. & quia
licet peccet excommunicatus matrimonium con-
trahens, non tamen est tex. illud irritans. & in ter-
minis ita tenet gloss. in cap. sim. verbo sacramentis de sen-
tentia excommunicat. in 8. & in cap. nullus verb. quod se
de consecrat. distnct. 4. & in cap. illud verbo negatur, el
primero distnct. 99. & in d. cap. significasti in notabili edic-
tione post casus positionem. & ibi communiter DD. Na-
uar. in cap. consideret. §. cautus, num. 26. de penar. distn-
ctioe 5. & in Manual. cap. 22. num. 8. D. Couar. in quar-
to de sponsal. secunda parte, cap. 8. in initio num. 3. Anton.
Cuch. lib. 3. Insti. mai. tit. 11. num. 170. & tit. 12. num. 33.
Matien. in rubricat. 1. gloss. 1. num. 136. lib. 5. non. collect.
Reg. est communis, vt plures allegas eum Couar.
& alius Bart. Hugolin. de excommunicatione in auri Ta-
bul. 2. cap. 7. §. 2. incipit, videmus hucusque num. 2. pag.
mibi 359. & sequuntur plurimi ex Iurisperitis, &
Theologis, quos refert, & sequitur Thom. Sanch. d.
lib. 7. dispn. 9. num. 2.

Vbi num. 3. cum aliis pluribus, quod peccat mor-
taliter ligatus maiori excommunicatione si ante ab-
solutionem ab illa contrahat matrimonium, quia
excommunicatio hæc priuat receptionem sacramen-
torum sub mortali, cum sit materia grauissima, &
num. 4. an sit duplex peccatum mortale.

Et numero 5. quod similiter est peccatum mor-
tale contrahere matrim. cum excommunicatione
minori ante absolutionem ab ea, quia hæc etiam in-
terdicit sacramentorum receptionem sub culpa
mortali.

Et numero 6. agit de eo, qui scienter matrim. con-
trahit cum ipso excommunicato an peccet, in quo
ita distinguit.

Quod aut excommunicatus est denunciatus,
aut notorius clerici percussor, qui solum iubentur
vitari per Concil. Constant. Martin. V. incip. ad vi-
tanda scandala, & c. & tunc proculdubio contrahens
cum huiusmodi excommunicato peccat mortali-
ter iuxta communem Doctorum sententiam; quon-
iam participat in sacramento cum ligato excom-
municatione maiori, qui est vnus ex casibus, in qui-
bus participatio hæc est mortalis, secundum omnes,
& numero 9. docet in hac specie duplicem culpam le-
thalem admittere contrahentem matrimonium
cum excommunicato denunciato, vel notorio cle-
rici percussore; quando ipsum inducit hic contra-
hens.

Si vero excommunicatus non est denunciatus nec
notorius clerici percussor, peccat etiam mortaliter
contrahens matrimonium scienter cum eo, secundum
communem Doctorum placitum, quos refert ibidem
Thom. Sanch. num. 7. ipse tamen num. 8. latissime, &
optime probat in hoc casu contrarium exhibens
hoc esse verius attentio præfati Concilii Constant.
de cuius litera & intellectu late egimus supra lib. 1. Ca-
non. questionum cap. 1. num. 1. cum sequentibus, & mihi
quoque hæc sententia vera videtur, licet contraria
sit communis, & probabilissima.

- 8 Vnde secundum eundem Sanch. ubi supra. num. 16. nulla erit culpa contrahere matrim. cum excommunicat. minori obligato nondum denunciato.
- 9 Et num. 11. late agit, & distinguit, quando uterque contrahens est excommunicatus.
- 10 Et numero 12. an excommunicatus maiori possit sponsalia de futuro cum iuramento celebrare absque culpa lethali, & probat contra Palud. nullam culpam hunc incurtere, prater solam venialem participationem cum altero in contractu humano, casu quo ceteræ participationes in humanis culpam inducerent.
- 11 Benedictiones autem nuptiales conferri non possunt ligato excommunicatione maiori, vt est certum apud DD. quos refert, & sequitur Sanch. ibidem numero 13. vbi quod est peccatum mortale ea ratione, qua interest excommunicatus Missæ, & officio Diuini benedictionis. atque in re sacra participat cum aliis assistentibus. Quod si excommunicatio minor sit, nullam dicit esse culpam benedictionis recipere, quia sola sacramentorum receptione priuat, vt fatetur Palud. quem ibi citat: & num. 14. ex dictis infert teneri excommunicatum, siue maiori, siue minori præmittere matrimonij contractui absolutiorem ab excommunicatione. casu, quo esset mortale cum illa contrahere iuxta suprad.
- 13 At vero, confessionem sacramentalem non tenetur præmittere, quamuis peccato lethali sit præcipit, vt tenent Veraer, & Manuel Rodr. quos citat, atque ita Concil. Trid. sess. 24. cap. 1. de matrim. solum hortatur ad confessionem, & communionem præmittendam.
- 14 Suspendus etiam generaliter si solis minoribus ordinibus initiatus sit, non peccat contrahens matrimonium, aut benedictiones suscipiens, vt cum aliis bene probat Thom. Sanch. ubi supra de dispensatione 9. num. 18. de quibus etiam agit P. Suar. de censur. tom. 5. disp. 10. sect. 3.
- 15 Ex quibus à fortiori dicendum est gradum similiter Doctoratus excommunicato collato validum, & ratum esse, quia neque iurisdictionem includit, neque ullo iure specialia impeditur, quominus collata valeat, vt tenet Hugolin. ubi supra, cap. 18. §. 1. fol. mibi 437. per totum post Cardin. & Ioan. Andr. & Decium, quos in idem citat. quod maxime certum est de gradibus, qui auctoritate Regia dantur, nam de gradu Theologiae, vel Iuris Canonici, qui dantur auctoritate Pontificia magis dubitari potest, quia magis spirituales videntur, & Ecclesiastici. Nihilominus tamen, quia non sunt proprie beneficia, aut Ecclesiasticæ dignitates, & de eis non est aliquid ius expressum, quod rigorosius rem hanc interpretetur, tenebit igitur & hic gradus Theologiae, vel Iuris Canonici collatus excommunicato, vt probat Suar. de censur. disp. 10. sect. 2. numero 4. vers. ac propterea pag. 308. col. 1.

CAPITVLVM LXXXIV.

De impedimento Catechismi.

S V M M A R I V M.

- 1 Catechismus quis sit, & vnde dicatur. Et num. 3.
- 2 Tenens puerum in Catechismo contrahit cognationem spirituales imperfectam impedientem quidem, sed non dirimentem matrimonium.
- 4 Cognatio spiritualis vna tantum pullulat in patris Catechismi, & baptismi simul.
- 5 Sensus si sint diuersi patris, quia quilibet suam cognationem spirituales contraheret, vt in num. 5.
- 6 Catechismi impedimentum an sit sublatum per Sanctum Concil. Trident.

7 Parochus tenetur habere librum, in quo scribat nomina paratorum baptismi.

Catechismus est instructio fidei, que fit ante ianiam Ecclesie super baptizando, dicitur que sic à Catechizo, id est instructo, vt in cap. ante Baptismum de consecrat. dist. 4. ita docent & tenent omnes Summistæ super hoc verbo.

Is autem, qui tenet puerum in Catechismo contrahit cognationem spirituales imperfectam, impedientem quidem, sed non dirimentem matrim. vt in c. 2. de cognat. spir. in 6. & in c. contr. ad de cogn. spir. Est enim Catechismus quedam futuri baptismi professio, eiusque initium, & est quædam regeneratio imperfecta per fidem, quam protellatur Patrinus pro parulo, vt cum D. Thom. in 4. dist. 42. q. 1. art. 2. ad 3. Durand. ibi. q. 1. art. 2. Ricard. art. 1. q. 2. probat Thom. Sanch. lib. 7. de matrim. d. 10. n. 1. & 2. qui numeris sequentibus late materiam hanc declarat.

Et n. 8. ad fin. libenter fatetur cum Palat. in 4. dist. 42. fol. 928. cum sequenti, quod quædam esset idem Patrinus in Catechismo, & Baptismo vnica tantum pullulare et cognatio, superflua enim esset alia.

At vbi diuersi essent Patrini uterque suam cognationem contraheret.

Dubium tamen est an hoc Catechismi impedimentum sublatum sit prorsus per Concil. Trident. sess. 24. de matrim. cap. 2. vbi ad primum gradum restricta est, & contracta cognatio, orta cognatio, & nulla in eo ca. mentio fit Catechismi: eodem namque modo videtur dicendum restrictam esse cognationem Catechismi ad primum tantum gradum, & hanc opinionem in terminis tenent atque probant Nauar. Manual. Latin. c. 22. num. 72. vers. ad questionem autem. Maiolus lib. 3. de irregul. cap. 25. n. 14. Catechismi, Palatius d. dist. 42. de dispensatione vnic. fol. 927. Manuel in summa 1. tom. in 2. editione, cap. 226. in fine, Barthol. de Ledesma, de matrim. dubio 46. in fin. in 2. editione, Enriquez lib. 2. de Baptismo. c. 15. in fin. Petr. de Ledesma, de matrim. quasi 56. artic. 3. §. in huius expositionem Ludou. Lop. in 2. parte Institut. consuet. de matrim. cap. 46. impedimento 4. Hugolin. de matrim. cap. 20. num. 1. Viual. in candelabro 1. parte de matrim. num. 91. Philicæ, de officio sacerdot. tom. 1. parte 2. l. 2. cap. 4. Vega 1. tom. summa, cap. 33. cap. 39. ad fin. Non est igitur omnino sublatum hoc impedimentum attentò d. Concil. Trident. quandoquidem suprad. Authores tenent esse restrictum ad primum gradum, ergo non est sublatum, quod etiam supponere videtur, qui cost. Conc. Trid. scribentes docent esse impedimentum, prout sunt Marieng. in rubrica tit. 1. gl. 1. n. 141. 15. nou. collect. Reg. Ant. Cuch. lib. 5. Institut. m. m. tit. 12. n. 17. Lanzelot. in Institut. Sur. Can. lib. 2. tit. de triplic. cognat. per Catechismum, vers. dissoluetur, Toletus in summa lib. 7. cap. 14. in fin. & alij, & tenent in terminis Palati, ubi supra, & Bart. de Ledesma, d. dub. 46. de matrim. in priori editione: quæ sententia est valde probabilis, secundum Thom. Sanch. d. disp. 10. num. 11. in fin.

Contraria tamen sententia, imò quod hoc impedimentum Catechismi sit omnino sublatum per Concil. Trid. est verior, & tenenda, vt ex verbis eiusdem Sancti Concilij manifeste ostendit, & probat Thom. Sanchez ubi supra, num. 12. citans quamplurimos DD. modernos hanc partem tenentes, & profiteretur eam esse modo communem.

Addens n. 13. expedire vt parochus scribat in libro 7. (quem habere debet ad describendum nomina Patrinorum Baptismi iuxta d. c. 2. sess. 24. de matrim.) an sint illi Patrini in solo Catechismo, quod puer sit iam modo baptizatus iuxta DD. quos ibi ad hoc refert: ipse vero non solum hoc probat, sed etiam existimat parochum ad hoc teneri, cuius in hoc sententia probabilis est vel saltem securior, et si non præcisa, CAPI-

CAPITVLVM LXXXV.

De impedimento matrimonij voti simplicis.

S V M M A R I V M.

- 1 Votum simplex castitatis impedit matrimonium contrahendum, contractum tamen non dirimit.
- 2 Matrimonium scienter contrahens cum adstricto voto simplicis castitatis peccat mortaliter.
- 3 Votum religionis, aut ordinis sacri assumendi aut matrimonij non inuendi impedit matrimonium contrahendum, contractum tamen non dirimit.
- 4 Voto simplicis castitatis, aut religionis, vel sacri ordinis assumendi, aut matrimonij non inuendi adstrictus non potest matrimonium contrahere absque dispensatione.
- 5 Votum habens impediens matrimonium contrahendum, non inueni illud dirimens, interroganti, an valeat matrimonium contrahendum aduersus prædictum, qualiter se cure sit respondendum.
- Et an liceat tunc consulere malum simpliciter, vt maius malum euitetur, vt in exemplo de quo numero 6.
- 7 Lot factum Genes. 19. cap. qualiter à culpa excusari valeat?
- 8 Malum non sum facienda, vt inde bona eueniant, & quomodo hoc intelligendum sit?
- 9 Cap. 19. Iudicum explicatur.

Certissimum est in iure votum simplex castitatis impedit matrimonium contrahendum, non tamen iam contractum dirimit, vt habetur in cap. consilium, & in cap. veniens, & in cap. rursus qui clerice, vel vniuers. & in cap. vnic. de voto in Sexta, & Epistola Innocent. I. ad Viduam, cap. vltimo, & cap. quidam, dist. 27. quod de sumptum est ex D. Augustino libro de bono viuendi, ad Julianam, cap. 10. & cap. si vir eadem dist. 27. cap. nuptiarum 27. questione prima, quod est ex D. Augustino eodem lib. de bono viuendi, cap. octauo, & probat Thomas Sanchez lib. 7. de matrimonio dist. 11. numero quarto, l. 1. ad fin. titulo 2. part. 1. quæ ita se habet, *Malum non sum facienda, vt inde bona eueniant, & quomodo hoc intelligendum sit?* simple segun dize en la ley de que fizimos en mente en esta, comoquier que embara el casamiento, que non vala, non lo dene desazer despus que fuere hecho, & ibi Gregor. Lopez glossa fin. ampliat, vt procedat etiam si ille, qui vouit simpliciter, contrahat cum eo, qui similiter vouerat, iuxta glossam in cap. fin. 27. questione 1. quam sententiam tenent etiam Aftenas in sua Summa, secunda parte lib. 8. titulo 16. articulo vnic, questione septima, & Summistæ communiter, nempe Rosella verbo impedimentum, impedimento 4. num. 6. Angel. verbo matrimonium 3. impedimento 5. numero 5. Syluester verbo matrimonium 7. questione 5. dicto 6. Tabien. verbo impedimentum, impedimento 2. questione 6. numero 7. Nauar. in Manual. cap. 22. numero 73. Veraer. in prima parte sui Special. Coniug. articulo 15. dubio 3. & Marieng. in Rubrica titulo 1. glossa 1. num. 152. lib. 5. nou. collect. Reg. quos sequitur Thomas Sanchez d. dist. 11. numero 10.

2 Addit Greg. Lopez ubi supra, quod ille, qui contrahit cum vouente simpliciter, si est conscius voti alterius peccat mortaliter, iuxta glossam in cap. 1. 27. questione 2. sequitur alios allegans Thom. Sanchez ubi sup. numero 11.

3 Vbi respondet contrariis, & addit eadem ratione dicendum esse de contrahente cum habenti votum religionis, aut ordinis sacri assumendi, aut non inuendi matrimonium: cum hæc etiam vota, & iuramentum de his rebus, etiam matrimonium im-

pediant contrahendum, id iam contractum non dirimunt, vt de iuramento castitatis affirmat Syluester in summa, verbo matrimonium 7. questione 5. dicto 10. & de voto religionis docent Ant. Cuch. lib. 5. de mstr. maior. titulo 12. numero 18. Tolet. lib. 7. in summa, c. 14. numero 3. Gratius in prima parte decal. lib. 2. cap. 85. in fin. Enriquez lib. 12. de matrim. cap. 2. num. 1. Manuel 1. tom. in summa, in 2. editione, cap. 224. numero 1. & de voto Ordinis sacri assumendi Enriquez & Manuel ubi supra, & de voto non inuendi matrimonium Enriquez ibidem, & nemo de hoc dubitat, vt affirmat supradictos sequutus Thom. Sanch. ubi supra, num. 7. id ampliat procedere in votis conditionalibus, vt ibi petiunt.

His tamen votis adstrictus non potest matrimonium contrahere absque dispensatione, quamuis vehementissimis carnis stimulis urgeatur, expertusque sit passim se succumbere, nec vires ad resistendum sentiat, siue votum antecesserit difficultatem, hanc se contiendi, siue subsequendum sit esse hoc certissimum vt bene probat Sanch. ubi supra, num. 9.

Consultus sui qualiter responderi liceat adstricto castitatis voto, vel aliis votis, quæ similiter impediunt matrimonium contrahendum, & contractum non dirimunt, roganti an valeat matrimonium contrahendum? & inueni hunc articulum late examinantem Thom. Sanch. lib. 7. de matrimonio, q. 11. num. 12. vbi primo loco refert opinionem Holtiens. in summa titulo de voto, §. quos sunt species votorum, numero 5. satis scrupulose loquentis, nempe habenti votum castitatis, & roganti an possit matrimonium inire, respondendum esse eum non posse: & vterius instanti an contractum valeat, denegandum esse responsonem, quia si respondeatur inualidum esse, erit mendacium, si autem validum esse, præbabitur occasio contrahendi matrimonium cum peccato mortali; atque ita respondens eadem culpa lethali inficietur, quam opinionem sequitur Gregor. Lop. in l. 2. in glossa, tantummodo in octavo, part. prima, Alueric. Aftenis, Gaeta, Vega, & alij, quos citat ibidem Sanchez, alij vero dicunt saltem eum non delinquere lethaliter, prout sunt Sum. Rosel. Syluester, & Ant. Cuchus.

Ipsè tamen Sanchez in hoc puncto plura dicit. Primo esse prudenter eludendum sic interrogantem, Secundo nullam esse culpam scandali, seu occasionis peccandi datæ respondere dicendo peccari mortaliter, at matrimonium esse validum, vt ibi Gregor. Lopez glossa fin. ampliat, vt procedat etiam si ille, qui vouit simpliciter, contrahat cum eo, qui similiter vouerat, iuxta glossam in cap. fin. 27. questione 1. quam sententiam tenent etiam Aftenas in sua Summa, secunda parte lib. 8. titulo 16. articulo vnic, questione septima, & Summistæ communiter, nempe Rosella verbo impedimentum, impedimento 4. num. 6. Angel. verbo matrimonium 3. impedimento 5. numero 5. Syluester verbo matrimonium 7. questione 5. dicto 6. Tabien. verbo impedimentum, impedimento 2. questione 6. numero 7. Nauar. in Manual. cap. 22. numero 73. Veraer. in prima parte sui Special. Coniug. articulo 15. dubio 3. & Marieng. in Rubrica titulo 1. glossa 1. num. 152. lib. 5. nou. collect. Reg. quos sequitur Thomas Sanchez d. dist. 11. numero 10.

Denique pro expeditione huius capituli quærentum est, an ei qui veneris tentationibus vexatus passim succumbit, neque aliis mediis adhibitis spes, vt illi consulatur, liceat fuadere, vt matrimonium

num contrahat, quantum voto castitatis simpliciter astrictus est, & sic an liceat minus malum consulere illi, qui maius perpetrare animo constituit, & ad id inducere illum? Quam rem ex aethere pertrahat in utraque specie Thomas Sanchez d. lib. septimo, disputatio 11. num. 14. cum pluribus sequentibus usque in fin. & tandem numero 29. in priori specie refert duas opiniones contrarias Authorum, & ipse resolvit mortaliter, & in plorimum loquendo nunquam licitum esse tale consilium, nisi eo voto ligatus ita malo inhaereat, ut nec dispensationem petere vellet, neque a veneris desistere, sed omnino paratus esset ad illis vacandum; sperareturque matrimonio in iro illi malo consilium fore, tunc namque licebit, id consilium dare, quo a maiori malo retrahatur, quia omnia requisita ad cohonestandum minoris mali consilium concurrunt.

In secunda vero specie, an liceat minus malum consulere illi, qui maius perpetrare animo constituit, & ad id inducere illum duplicem refert sententiam quamplurimum Doctorum, Primam, quae habet illicitum hoc esse, & eam satis probabilem appellat numero 15. sed veriolem existimat contrariam, nempe licitum esse consulere minus malum causa vitandi maius, quando is, cui consulitur, consilium apud se habeat maius illud malum perpetrare, & alia via a malo proposito reuocari nequit, cap. duo mala distinctione 13. ut si quis decreuerit occidere aliquem, & nullo modo possum eum auertere ab eo animo, possum ei consulere, ut potius eum percuciat, vel eo foretur, vel si quis certus sit adulterum perpetrare nec alio modo retrahi possit, potest illi suadere, ut potius fornicationem simplicem admittat, ex cap. si quid verum 33. questione secunda, de cuius intellectu ibi late agit, nos, & alios quamplures citans, & tandem huius sententiae quamplurimos DD. congerit d. numero 15. & praecipue nos citat lib. 2. Canon. q. cap. 23. numero 43. cum sequenti Marten. Molin. Manuel, & alios, & numero sequentibus alia plura adducit in hac materia pro ampliacione, & declaracione dictae secundae sententiae inferens ex ea ad nonnulla.

Hinc scire oportet qualiter factum Lot, Gen. 19. a culpa excusari valeat, qui Sodomitis libidine furentibus abutendo hospitibus, quos domi exceperat, proprias filias stuprandas obtulit, ut sic expleta libidine a peiore Sodomiae scelere abstinerent, inquit enim text. ille: Nolite, quaso, frateres mei, nolite malum hoc facere: habeo duas filias, quae necdum cognoverunt virum, educam eas ad vos, & abintimam eis sicut vobis placuerit: dummodo vixit istis nihil faciat mali, &c. de qua re laetissime agit Pereira d. cap. 19. distinctione 1. Ex superioribus namque juxta secundam praefatam sententiam satis receptam, & veriolem, quae habet licitum esse consulere minus malum causa vitandi maius, quando is cui consulitur constitutum apud se habeat maius illud malum perpetrare, & alia via a malo proposito reuocari nequit, probari videtur a culpa excusari id factum Lot; si quidem Sodomitis illi parati, & constituti ibant ad domum Lot, ad Sodomiam committendam cum eius hospitibus, & ita Sanctum Lot excusat D. Ambrosius lib. de Patriarche, lib. 1. de Abraham, cap. 6. prout refertur in cap. offerebat 32. questione 7. Offerebat (inquit ille) Sanctus Lot filiarum pudorem; nam si illa quoque flagitiosa impuritas erat, tamen minus erat secundum naturam coire, quam aduersus naturam delinquere, praeferebat domus lux verecundiae hospitalarem gratiam, etiam apud Barbaras gentes inuolabilem.

Hic idem tenuit D. Chrysostomus homil. 43. in Genes. D. Augustin. lib. de mendacio, cap. 7. D. Thom.

questione 1. de malo, articulo quinto, ad 14. Adrian. quodlibet, primo, articulo 2. ad octauum, Caietan. & Oncala in eundem locum Genes. 19. idem Caietan. secunda secunda, questione 78. articulo 3. notabil. 3. ad fin. Greg. de Valent. secunda secunda, distinatione quinta, questione 2. puncto 2. columna 4. Molin. Theolog. de Iustitia, & Iur. secundo tom. distinatione 335. in fin. Aragon secunda secunda, questione 62. articulo septimo, in solucione ad secundum, Carbo. de restitutione, questione 66. post tertiam conclusionem, versiculo hoc factum, & hoc magis placet Thomae Sanchez lib. 7. de matrimonio, distinatione 11. numero 28. ubi refert opiniones dissidentes in modo excusandi Lot, eique magis placet is, ut Lot minime obtulerit filias ea mente, ut Sodomitis illis abuterentur, sed quod ea submissione illius deflexi ab hospitum Sodomitico abusu temperarent, ut si quisquam in se vehementer indignandi pugionem offerat dicens, me eneca, non eo animo ut is mortem inferat, sed ut ea submissione placatus illam sedet, sic Caietan. Oncal. & Molin. ubi supra, & merito Pereira d. c. 19. dist. 1. in fin. si a culpa excusandum sit factum illud, hunc excusandi modum omnibus praefert, ut inquit Thom. Sanchez, d. numer. 28. ad fin. tandem Pereira hoc relinquat iudicio rectius sentientis.

Rursus pro contraria parte id factum damnant D. August. lib. questio non super Genes. cap. 41. & refertur cap. 11. distinctione 4. dicens perturbacioni Lot, & menti tanto malo permotore, potius quam sano consilio tribuendum esse, & lib. contra mendacium, cap. 9. Pereira late d. cap. 19. Genes. distinatione 1. in fin. Sor. lib. 6. de Iustitia, & Iur. questione 1. articulo 5. columna penultima, versiculo at vero Lot. Salon de Iustitia, & Iur. secunda secunda, questione 78. controuers. prima, in solucione ad quartum, in fin. & late hanc partem comprobant, & tenet respondens contrariis Nicolaus de Lyra d. cap. 19. super illa verba: habeo duas filias, nec non ibi Abulens Thom. Anglicus, Hugo, Dionysius Ferus, & alij quos refert Thom. Sanchez ubi supra d. numero 28. Pro quibus maxime vident verba illa d. c. 19. educam eas ad vos, & abintimam eis sicut vobis placuerit: & ita inquit Molin. ubi supra, quod quamuis Lot non peccaret suadendo minus illud malum, si solum ad Sodomitum culpam attendas, peccaret tamen contra iustitiam ac pietatem paternam aduersus proprias filias, illas etiam ad vitandum maius Sodomitarum peccatum eas prostituendo.

Quibus adde non esse faciendam mala, ut inde eueniant bona iuxta dictum Apostoli: Et potius debemus omnia mala pati, quam peccato consentire: sic Dionys Augustinus alibi dicit: cum ergo causa articulus venerit, ut haec condicio proponatur, aut faciendum esse contra Dei praecipium, aut ex hac vita emigrandum, quorum duorum homo si cogatur, alterum eligere comminante morte persecutore, ibi eligat Deo dilecto emori, quam Deo offenso vivere, habetur in homilia Euangel. primo dies infra octaua Sancti Laurentii, in epistola: Nisi granum frumenti cadens in terram, &c.

Vnde similiter fenex ille, de quo Iudicum decimo nono, qui viris illis Ciuitatis Gabaa poscentibus, ut educeret virum, qui ingressus fuerit tanquam hospes domum suam, ut eo abuteretur, respondit: Nolite frateres mei, nolite facere malum hoc, quia ingressus est homo hospitium meum, & cessare ab hac Iustitia habeo sicut virginem, & hic homo habet concubinam, educam eas ad vos, ut humilietis eas, & vestram libidinem completis: ianctum obscuro, ne scelus hoc contra naturam operemini in virum, Quibus non assentientibus tradidit concubinam illudendam, qua tota nocte abusi fuerunt, ut ibi in specie probat Nicolaus de Lyra super illis verbis: educam eas, &c. quia nullus debet confa-

consentire in hoc, quod est peccatum maxime mortale de genere suo, ut euitet in alio maius peccatum, quod etiam ibi probat Abulens & profecto pars haec secunda contra priorem probabilior videtur, nisi in aliquo velimus excusare factum Lot propter perturbationem animi tanti periculi, in quo erat constitutus, quamuis ignorantia iuris naturalis adhuc non videbatur esse tolerabilis, quare suspendo iudicium in re tam graui, & controuersa inter DD. relinquens hoc Doctoribus.

- 28 Anabematis pena non est lata sententia, sed ferenda.
 - 29 Raptus pena de qua in Concil. Trident. locum habet, ubi ipsum est receptum, alius imponitur contra foris commissis.
 - 30 Raptus pena an habeat locum in femina rapiente virum ad matrimonium contrahendum.
- Et an sit nullum matrimonium contrahendum cum iuenera pro violenter ibidem.

CAPITVLVM LXXXVI.

De impedimento raptus.

S V M M A R I V M.

- 1 Raptus iure civili attentio dirimebat matrimonium inter raptorem & raptam celebratum.
- 2 Raptus ab initio nascentis Ecclesiae non dirimebat matrimonium, nisi quatenus consensus deest raptus.
- 3 Raptus iure Canonico antiquo, & nouiori an interdicitur.
- Et numero quarto, ubi de intellectu cap. fin. de raptoribus.
- 4 Raptus aliena sponsa an hodie impediatur matrimonium cum ea vel alia?
- 5 Raptus hodie attentio S. Concil. Trident. quomodo impediatur matrimonium? & numeris sequentibus, ubi de ipsius Concilii intellectu in hoc agitur.
- 6 Raptus de quo in Sancto Concil. Trident. an requiratur traductionem de loco ad locum?
- 7 Raptor femina, ut cum alio contrahat matrimonium, an incurrat penas Sancti Concil. Trident.
- 8 Raptus poena an requiratur copulam, vel non?
- 9 Raptus poena an habeat locum attentio Concil. Trident. quando ipsa volens adducta fuit?
- 10 Raptus poena an habeat locum sequuta poenitentia raptientis, an eam permittatur ad locum, ad quem raptabatur, & cetera, ut hic.
- 11 Raptus importunus precibus factus, aut si femina condico praetio extrahatur, an sit puniendus eadem poenis?
- 12 Quod si dolis circumuenta virgo extrahatur, numero 15.
- 13 Raptus poena non est locus si virgo consentiens, ignorantibus tamen parentibus, abducatur, & numero 17, quid quando femina volens, iniuriis parentibus abducatur.
- 14 Stuprum an committatur quando femina sponte sua ad lectum viri causa luxuria accedit, & saepe ab eo carnaliter cognoscitur? & numeris sequentibus.
- 15 Raptus cuiuscunque mulieris an comprehendatur in Decreto Concil. Trident.
- 16 Raptus propria sponsa de futuro reclamantibus parentibus non comprehenditur sub Decreto Sancti Concilii Trident. de hoc agitur.
- 17 Raptus poena an habeat locum in femina virum nolentem rapiente? & numero 30.
- 18 Sponsa de futuro inter raptorem, & raptam contrahens non valet.
- 19 Raptor debet quoque pati poenas iure communis impositas, moderatae tamen.
- 20 Raptor femina ad matrimonium contrahendum si ipsam auerat in uxorem an liberetur ab infamia poenae de qua in Concil. Trident.
- 21 Raptus ad matrimonium contrahendum qua poena puniatur iure communis, & de aliis circa intellectum, hic, hic, C. de rapt. virg. remissus.

Raptus iure civili attentio dirimebat matrimonium inter raptorem & raptam, ut clare constat ex aub. de raptor. mil. §. vnic. versiculo, quatenus ibi, tale stare matrimonium prohibuitur, per quem textum ita tenent Tiber. Decian. in tract. crimin. lib. 8. cap. 6. numero 9. & Thomas Sanchez de matrim. lib. 7. distinatione 12. num. 1.

Ab initio nascentis Ecclesiae non alia ratione raptus fuit impedimentum Ecclesiasticum, nisi quatenus, vel quando consensus raptus deest, ut late probat Fr. Bafilus de Impedim. matrim. cap. 39. pag. 169. versiculo, igitur circa hoc.

Iure Canonico antiquo interdicitur erat matrimonium inter raptorem, & raptam, ca. de puellis, ca. si autem, & cap. placuit 36. questione 2. & quamuis communiter DD. illo iure attentio dicant esse inualidum, non tamen id constat ex illis iuribus, sed tantum fuisse interdicitum.

Hodie vero iure Canonico nouiori praed. jura, corriguntur per tex. in cap. fin. de raptoribus, quo conceditur matrim. inter raptorem, & raptam, & ita est feruandum, secundum communem Doctorum sententiam.

Et quamuis nonnulli DD. eum text. intelligant, ita demum valere inter raptorem, & raptam matrim. si puella extra raptoris potestatem constituta, ac in pristina libertate posita consensum praebet, fecus vero aliter ex d. cap. fin. ibi: rapta puella legitime contrahat cum raptore, si prior dissensio transierat postmodum in consensum, & quod antea deliquit, tandem incipiat complacere: verum tamen, factis est, ut matrim. valeat ex iure attentio, si rapta adhuc sub potestate raptoris existens vere libere consentiat. Hoc est enim quod intendit, & petit, d. cap. fin. nempe consensum postmodum adesse, id est, si iam dissensus cessauerit, quoniam si voluisset, matrimonium esse nullum, dum rapta est sub raptoris potestate, hoc expresse declarasset, ut fecit Concil. Trident. de quoinfra, & ita hanc partem merito probant, & tenent cum aliis D. Couar. in quarto de sponsal. secunda parte, cap. 3. §. 9. num. 1. Abulens. super cap. 5. Marten. questione 203. ad 3. Maior in quarto, distinct. 29. quest. 2. conclusionem 2. Turrecremat. in c. apud misericordem in fin. 36. questione 2. Alphons. a Veracrucem prima parte Specul. Coniug. articulo 15. ad fin. Marten. in Rubrica tituli 1. glossa 1. num. 142. lib. 5. nou. collect. leg. Marc. Ant. Cuch. lib. 5. instr. maio. titulo 12. num. 123. Enriquez lib. 12. de matrim. cap. 14. num. 4. Emanuel Rodrig. in primo tom. sue Summa in secunda editione, cap. 232. numero 4. Vega in secundo tom. sua Sylua, cap. 34. casu 157. notabil. 4. quos refert, & sequitur Thom. Sanchez d. lib. 7. distinatione 12. num. 42. ubi quod sic intelligendus est Decian. lib. 8. tract. crim. cap. 13. numer. 48. aliud innuens, sed nihilominus sententia: si rapta re vera libere consentiat.

Raptus autem alienae sponsae impedit hodie matrim. ita ut raptor ille nec cum rapta, nec cum quacunque alia possit inire matrimonium, non tamen contractum dirimit, ut in cap. statutum 27. questione 2. estque communis omnium Doctorum sententia, ut plures referens proficitur Thom. Sanchez. ubi supra, numero 43. ubi numeris sequentibus late agit de hoc

impedimento raptus aliena sponsa circa eius intellectum, & declarationem: hodie autem Sacrosanctum Concilium Tridentinum, sessio 24. de reformat. matrim. cap. 6. ita cautur.

6 Decernit Sancta Synodus, inter raptorem, & raptam, quando ipsa in potestate raptoris manserit, nullum posse consistere matrimonium, quod si rapta a raptoe separata & in loco tuto, & libero constituta illum in virum habere consenserit, eam raptor in vxorem habeat: & nihilominus raptor, ipse ac omnes illi consilium, auxilium, & fauorem praebentes, sint ipso iure excommunicati ac perpetuo infames, omniumque dignitatum incapaces, & si clerici fuerint de proprio gradu decedant: teneatur praeterea raptor mulierem raptam, siue eam in vxorem duxerit, siue non duxerit, decenter arbitrio iudicis dotare.

7 Ex cuius text. contextura patet matrimonium contractum inter raptorem, & raptam dum sub raptoris potestate existit, nec separata est, ac in loco tuto, & libero constituta esse prorsus nullum, & sic raptus pro eo tempore est impedimentum dirimens vt docent Nauar. in Manual. Latin. cap. 22. numero 74. & lib. 4. consil. in 1. editione, titulo de sponsal. consil. 32. numero vnic. & in secunda editione lib. 5. titulo de raptor. consilio secundo. numero vnic. Alphonsus a Veracrucis. Quand. Toled. Enriquez, & Zeued. & alij plures, quos refert, & sequitur Thomas Sanchez d. lib. 7. de matrimonio. disputacione 13. numero 2. Fr. Basil. vbi supra pag. 370. versiculo tertio denique, Sanchez vbi supra ampliat cum Enriquez, vt procedat, licet rapta adhuc sub raptoris potestate constituta re vera libere consentiat, quia Concil. Trid. non eam solam libertatem petit ad huius matrimonij valorem, sed vt plene rapta libera sit a raptoris potestate.

7 Dubitant DD. an hic text. Concilij intelligendus sit de omni raptu siue causa incedi matrimonij, siue causa solius libidinis explenda factus sit, an vero de raptu, quod tantum causa matrimonij celebrandi committitur? & quidem ex generalitate d. cap. 6. Concilij in vtroque casu procedere videtur, & sic in omni raptu siue causa matrim. celebrandi, siue etiam causa explendae libidinis, quam sententiam probant, & tenent expresse Emanuel Saa in Summa, verbo matrimonium in principio numero 9. dicens sic declarasse Congregationem Cardinalium, & Don Ioan Vela de penis delict. cap. 29. § sed ego indistincte. & voluit Alph. a Veracrucis in Appendice ad Specul. Coniug. vbi de raptu agit filio 81. § hic considerandum, vbi inquit intelligi hoc Decretum de omni raptore: & est factis probabile, vt affirmat Thomas Sanchez d. disputacione 13. num. 3. in fin.

Alij vero censent in eo Decreto, solos feminatum raptores causa contrahendi matrim. cum eis comprehendit, pluraque fundamenta pro ea parte adducunt, inter quae fortius videtur illud, quod cum d. cap. 6. Concilij corrigat jus commune dict. cap. fin. de rapt. & sit poenale, est restringendum, maxime quod praed. cap. 6. sit poenale, & ideo hanc sententiam tenent Salzed. in practice. crim. Bernard. Diaz. cap. 78. in fin. & Manuel Rod. in sua Summa, primo tom. in secunda editione, cap. 13. numero 7. Vega 2. tomo sua Summa, cap. 234. casu 157. notab. 1. & hanc sequitur dicens esse probabiliorem Thom. Sanchez. vbi supra, numero 4.

Quid tenendum? ego censo standum esse in hoc declarationi Cardinalium, si qua sit authentica dirimens hanc quaestionem, quod si nulla sit, sequor hanc secundam partem ratione praed. pro ea adducta.

9 Plura tamen in proposito sunt obseruanda pro

intellectu, & declaratione illius Decreti Sancti Concilij Trid. & materiae de qua agimus. Primum: ad hoc vt raptus comprehendatur in hoc Decreto desiderari traductionem de loco ad locum, vt generaliter iure probauit Thomas Sanch. d. lib. 7. numer. 20. 21. & 46. & Specialiter in terminis Concilij probatur ex ipomet cap. 6. supra allegato in illis verbis: Quando ipsa in potestate raptoris manserit, & iterum postea ibi: quod si rapta raptore separata, & in loco tuto, & libero constituta, &c. quae verba hoc denotant, & significant, & ita in terminis tenent hanc sententiam Nauar. lib. 5. consil. in vtrage impressi. titulo de raptor. consil. 1. numero vnic. Manuel Rodrig. in prima tom. sua Summa in secunda editione, cap. 232. numero 24. Emanuel Saa in Summa, verbo matrimonium in principio, numero nouo. Vega in sua Summa secundo tom. cap. 34. casu 157. notabil. 2. quos sequitur Sanch. d. lib. 5. disputacione 13. numero 7.

Secundum, non esse locum poenis praed. cap. 6. si quis proprio motu, non petente, qui matrimonium initurus est, feminam rapiat, non vt secum, sed vt cum alio matrim. contrahat, hic namque raptor non incidit in poenas d. Decreti, ac proinde valebit matrimonium cum illo tertio ininitum, si femina re vera libere consentiat, quamuis nondum extra raptoris potestatem sit.

Secus si ad instantiam inituri matrimonium rapiat, tunc namque matrim. ininitum cum illo erit invalidum, nisi prius in loco tuto, & libero femina constituitur, & incurrit ille, qui inlicit, vt raptus efficeretur, ceteras poenas tanquam verus raptor. per interpositam personam ad effectum matrimonij: is vero, qui raptum exercuit, tanquam auxilium raptui ferens ad finem incedi matrimonium incurrit excommunicationem, & ceteras auxilium poenas: at cum ipso valide potest femina contrahere prius quam in loco tuto, & libero reponatur, cum auxilium ferentes non puniantur in illo Decreto ea poena, vt matrimonium cum ipsis consistere nequeat, donec femina sit ad locum tutum restituta, ita recte deduxit Thom. Sanch. d. disputacione 13. numero 7.

Vbi numero 8. tenet nihil referre in casu d. Decreti, quod sequatur copula, vel non sequatur ad poenas illius Decreti incurrendas.

Tertium, non esse locum iis poenis si femina volens abducta sit, quamuis abducentem sequuta voluntatem mutet prioris facti poenitentia ducta, sed cuius in initio abducenti renitatur, quamuis post abducentem facta velit, vt late iure communi probat Thom. Sanch. d. lib. 7. disputacione 12. numero 7. & in terminis Concilij disputacione 13. numero 9.

Vbi numero 10. probat esse locum praed. poenis, si quamuis rapta causa matrimonij incedi non sit perducta ad locum destinatum, sed in ipso itinere raptor respiscat: eo quod delictum hoc raptus in ipsa abducentione consummetur, & probauit idem Sanchez disputacione praecedenti, numero 21. ad fin.

Quartum non esse locum praed. poenis, si solis importunis precibus, aut pretio conducta femina extrahatur, hic namque non est verus raptus, vt late probat idem Sanchez d. disputacione 12. numero decimo, cum sequenti. & numero 32. vbi secus, si tales essent praees, vt violentia aequiparentur, & in terminis hanc limitationem tenent Marc. Ant. Cuch. lib. 5. Institut. mai. titulo 12. numero 120. & Alphonsus a Veracrucis in Appendice ad Specul. Coniug. vbi agit de raptu filio 82. in versiculo consequenter etiam, quos refert & sequitur Thomas Sanchez d. disputacione 13. numero undecimo.

Vbi numero 12. quod si dolis circumuenta virgo 15 extrahitur, non est locus his poenis, quia non est proprie

proprie raptus, cum ibi nulla inueniatur violentia, vt probauit disputacione praecedenti, numero 32. nec ob stare dicit, quod tradidit ibi numero 11. nempe hoc sufficere, vt sit locus poenae, l. vnic. C. de rapt. virg. quoniam ea lex id explicat, at Decretum Concil. Trident. d. cap. 6. de reformatione matrim. sessione 24. solos raptores comprehendit, & cum sit poenale, & correctorium, restringendum est, vt de vero, & proprio raptu intelligatur, & quando dolus opponatur, etiam libertati matrimonij sicut & violentia, cum, vt quidem voluntatem auferat; non tamen omnis dolus id efficit, sed is solus, qui versatur circa personam, aut conditionis errorem, & quamuis huiusmodi sit dolus, ac proinde auferat libertatem, & valorem matrimonij, non tamen infert vim, quae ad propriam rationem raptus his poenis obnoxij necessaria profus est, quod verum quidem intelligerem, nisi talis esset dolus, qui violentia aequiparetur, vt in casu praecedenti de importunis precibus, quando violentia aequiparetur, diximus.

16 Quintum non esse locum praed. poenis si virgo consentiens ignorantibus tamen parentibus abducatur; non enim est hic proprie raptus, vt probauit Thomas Sanchez d. disputacione 12. numero 36. quare recte hanc fallentiam in terminis Concilij probant Veracrucis, Cochus, Enriquez, & Emanuel Saa quos refert, & sequitur Thom. Sanchez d. lib. 7. disputacione 13. numero 13.

17 Vbi numero 14. late agit, an idem sit dicendum, quando femina volens parentibus tamen inuitis extrahitur, & refert duas opinionis, primam plurimum Dodorum affirmantium, tunc has poenas incurrit, quia est verus raptus, vt idemmet probauit disputacione praecedenti, numero 12. & 35. secundam penitus contrariam, quae est propria sua ipsius: Ego priorem tanquam vtiorem, & receptam probo atque in praxi tenendam esse censo.

18 Similiter voluntas libera puella ingerentis se, absque aliqua violentia, dolo, vel persuasione ex parte viri, vt puta, quia ipsa attraxit illum ad concubitum veniendi ad lectum eius, immunem reddit stupratorem in vtroque foro ab omni damno, & restitutione, quia ipsa eum prouocauit, atque induxit.

19 Imo quod magis est hoc procedit saltem in foro interiori animae, etiam quando puella verbis blandis lenter rogata libere stupro consentit deficiente tamen dolo, fraude, atque nimia persuasione, vel prece, vt late cum communi probauimus lib. primo Canonice. quaestionum, cap. 37. numero 23. versiculo secundus casus est, & in versiculo tertius casus est.

20 Vbi numero 24. contra Sotum, & Specul. Coniug. verius existimauimus, & tenendum, quod in hac specie, si pater, vel curator puella accusaret stupratorem, debeatur illi restitutio damni ei prouenientis, quia maiori eget pecunia ad dotandum eam, & etiam iniuria quae sibi illata est, vt ibi cum alijs bene probauimus, & tenent Beatus Thom. Caietan. & alij multi grauissimi Auctores, quos congerit Thomas Sanchez lib. 7. de matrim. disputacione 14. numero 11. ipse tamen ibi cum alijs probabilius esse dicit, quod in hac specie stuprator nihil teneatur parentibus, aut tutoribus restituere, cuius Auctoris fundamenta leuia, & non quidem concludentia, sunt, vt ex ipsis patet, cum re vera consensus, & libera voluntas puellae, quamuis sibi volenti noceat, parentibus autem, aut curatoribus sua interesse veriputantibus prauidendum vilius inferre non potest ipsis inuitis, vel ignorantibus, iuxta veras juris regulas, & notas, quo fit, vt prior nostra sententia, non sua, magis recepta a nostratibus esse videatur, & iam semel in praxi vidi eam admissam, & multo

verior ac probabilior, ac proinde omnino secure tenenda est, praeterquam quod eam limitauit vbi supra, num. 25. quando ita occulte mulier volens stuprata sit, vt propter id nullam iacturam in fama, rebus, vel nuptiis passa sit.

Sextum obseruat Alphonsus a Veracrucis, comprehendi in eo Decreto raptum cuiuscunque feminam siue virginis, siue corruptae, siue meretricis, & inhonestae coniugatae, & cuiuscunque status quod probat, & sequitur Thom. Sanchez d. disputacione 13. numero 14. Ego vero etsi in ceteris praenarratis feminis, praeter vxoratum, idem sentiam, non tamen impedita alio vero matrimonio attento praed. Decreto Sancti Concil. Tridentini, quod re vera in raptu mulieris nubilis loquitur: at vxorata non est huiusmodi, ergo, &c. Cui Decreto minus recte satisfacti meo iudicio Sanch. vbi supra. & cum sit poenale illud Decretum, extendi non debet contra eius satis insinuatam mentem ad alium casum in ipso non comprehensum: habebunt tamen locum in raptu mulieris coniugatae aliae poenae a iure decretae, non tamen statuta a d. Concilio, & ideo merito hanc nostram sententiam sentit, & voluit Manuel Rodriguez in sua Summa primo tom. in secunda editione, cap. 232. numero primo, quicquid cum improbet Sanchez vbi supra.

Septimum obseruo, non comprehendi hoc Decreto raptum propriae sponsae de futuro reclamantibus parentibus, sicut nec iure communi, vt in cap. penult. de rapt. & late per Sanchez d. disputacione 12. numero 15. quod Concil. Trident. minime corrigi, vt in terminis cum alijs tenet idem Author in disputacione 13. subsequente, numero 15. vbi limitat contra Henriquez quando sponsa de futuro nolens raptur.

Octauum verius esse, non esse locum his poenis in femina, virum nolentem rapiente, vt probauit Thom. Sanchez d. disputacione 12. numero 25. & disputacione 13. numero 16. aduersus alios quos ibi refert, quorum opinionem probabilem fateor.

Nonum, quod sicut in Decreto illo Trident. Concil. annullatur matrimonium inter raptorem, & raptam, ita etiam sponsalia de futuro inter ipsos contracta non valebunt, vt bene probauit, & tenet Nauar. lib. 4. consil. titulo de consang. & affinit. consilio 3. numero 5. cum sequentibus in priori editione. & in posteriore lib. 5. titulo de raptor. consilio ultimo numero 5. Manuel, & Vega, quos refert, & sequitur Thomas Sanchez d. disputacione 13. numero 17.

Deinde obseruandum duxi, quod raptor debet etiam pati poenas luris communis, moderate tamen, vt late per Pegue. decisio. crimin. 41. per totam.

Ab infamiae poena de qua in d. Decreto liberant aliqui DD. raptorem si raptam ducat, prout sentit Henriquez, Manuel Rodriguez, & Vega, idemque probat Henriquez de dignitatibus incapacitate, sed verius, & omnino tenendum existimo cum Thom. Sanchez d. disputacione 13. numero 1. minime ab his poenis eximi raptorem, etiam si raptam ducat in vxorem, vt expresse probatur in d. cap. 6. Concilij, ibi: Et nihilominus raptor ipse, ac omnes illi consilium, auxilium, & fauorem praebentes sint ipso iure excommunicati ac perpetuo infames, omniumque dignitatum incapaces: hoc enim, includit, inducit, & significat dictio nihilominus, Hispanice con todo esse, o sin embargo de esto, que es de auer se casado. i. fin. ff. de iure, restitucione. Rebus alia iura allegans in l. 59. § ea que nihilominus ff. de verb. significacione, & probat latius hanc opinionem Sanchez vbi supra, d. numero primo, qui tandem ad fin. d. numeri primi recte quoque probat a poenis d. Decreti liberum esse parochum alit.

neantem matrimonio raptoris, aduersus Maiol. quem citat.

27 Quid autem sit raptus, quæue eius poena attentio iure antiquo, & qualiter attentio eodem iure ante Concil. Trident. matrimonium incedendo impedimentum sit, & sic de intellectu l. vnica. C. de raptor. virgini & similibus, & l. Regia 3. titulo 20. partita 7. cum materia. & cap. si quis virginem 36. questione 2. vbi allegerit, si quis virginem, vel viduam (nisi desponsauerit) raperit cum sibi fauentibus anathema sit. Late agit omnino videndus Thomas Sanchez d. lib. 7. de

28 matrim. disputatione 12. per totum, qui numero 2. probat contra alios verba illa, anathema sit, non esse latam, sed ferendam sententiam.

29 Et Frater Basilius ubi supra. pag. 570. columna 2. versiculo verum cum sequentibus. qui prius columna 1. versiculo circa quod Decretum. &c. duo alia obseruat. Primum, id Decretum Concilij habere locum in his locis, in quibus receptum est Concil. Trident. alias secundum quod antiquo iure statutum est in ca. fin. de rapt. alterum idem Decretum intelligendum esse de raptoribus, & non esse extendendum ad raptores feminas, vt horat Specul. in Appendic. ad art. 32. in

30 prima parte, quia difficile jus præsumit viro inferri violentiam, quod si re vera esset etiam inueni illata vis, matrimonium esset nullum iure naturali ob consensum coactum, quod mihi non displicet, cum militet eadem ratio in vtroque, ergo idem jus statuendum est iuxta iura vulgaria, & dicemus infra. capite abhinc secundo de impedimento vxoridij, &c. numero 6.

CAPITVLVM LXXXVII.

De impedimento incestus.

S V M M A R I V M.

- 1 Incestus commissus à viro cum consanguineis sua vxoris impedit matrimonium contrahendum, non tamen dirimit iam contractum.
- Et eius ratio, numero 2.
- Et idem in incestu commissi ab vxore cum consanguineis viri, vt in numero 3.
- Et virumque ampliatur, numero 4.
- 3 Coniux incestuosus vsque ad quartum gradum impeditur petere debitum ab vxore.
- 4 Incestuosus non impeditur petere debitum ab vxore, nisi quando incestus committitur ex illicita copula vsque ad secundum gradum attentio S. Concil. Trident.
- 5 Impedimentum incestus an oriatur cum consanguineis sponsi, vel sponsæ de futuro, contra publicam honestatis impedimentum, & numero sequentibus.
- 6 Impedimentum publica honestatis iustitia hodie iuxta Sanctum Concil. Trident. non extenditur vltra primum gradum.
- 7 Incestus cum affine nullo subsistente matrimonio præstat impedimentum perpetuum matrimonio contrahendo.
- 8 Impedimentum incestus non oriatur cum cognatis legali, vel spiritali.
- 9 Impedimentum incestus pluribus in casibus non obstat matrimonio contrahendo: primum est, quando ignorantur fuit commissus incestus, vt in numero 11.
- Secundum est, quando femina à consanguineo mariti violentè cognita sit, vt in numero 12.
- Et an tunc mariti consanguineus incurat impedimentum ad contrahendum matrimonium, numero 13.

Et quid si vxor in præd. specie, non omnino inuita, sed timore compulsæ consenti incestit, numero 14.

Tertius casus, quando semen viri non cecidit intra vas mulieris, sed extra, vt in numero 15.

Quartus casus est, quando incestus commissus fuit mortuo iam altero coniuge, vt in numero 16.

Et de intellectu cap. transmissa de eo qui cognouit, conf. vxor. sua. quod videbatur contrarium, agitur numero 17.

Et an impedimentum incestus occulti obstat matrimonio contrahendo, numero 18.

Et an sententia requiratur super incestu, vt impedimentum præstat matrimonio contrahendo, numero 19.

20 Incestus commissus cum propria consanguinea an impediat matrimonium contrahendum cum non consanguinea, sicut commissus cum affinis.

21 Desiciente iure Canonico recurrendum est ad ius Regium.

22 Consuetudine obtentum est, vt non petatur dispensatio incestus commissi cum consanguinea ad contrahendum matrimonium cum alia, qua non est consanguinea.

23 Episcopus potest dispensare cum incestuoso propria consanguinea ad contrahendum matrimonium cum alia non consanguinea.

Incestus commissus à viro cum consanguineis sua vxoris impedit matrimonium contrahendum, non tamen dirimit iam contractum, cap. 1. cap. transmissa de eo qui cognouit, vxor. sua. & ita censent, atque decernunt communiter omnes DD. vt pet. Zeuall. in suis Communibus contra Communis primosom, quest. 237. statim in principio.

Et ratio est, quia talis incestus habet ex propria natura impedire exactionem debiti à coniuge, eo quod inde coniuges efficiantur affines, ita Caiet. 2. 2. questione 154. articulo 9. columna 2. §. ad secundam objectionem: atque ita incestus præstat hoc impedimentum matrimonio incedendo, non tam ratione culpæ, quam ratione affinitatis contractæ, secundum D. Thom. in 4. distinctione 34. questione vnic. articulo 5. in solutione ad argumenta, & ibi Ricard. articulo 4. questione 2. ad primum. Turrecremat. in cap. quadam cum fratre 32. questione 7. numero 2. ad 3. & Thomas Sanch. de matrim. lib. 7. disputatione 15. numero primo.

Vbi numero 2. idem probat, si è contra vxor incestum committat cum consanguineis viri, & allegat plures hoc tenentes, & nos lib. 1. Canonice. questionum, cap. 23. num. 5. & 21.

Et ampliatur hoc Sanch. numero 3. vt non tantum ipsi coniugibus reis huiusmodi incestus interdicitur aliud matrimonium, sed etiam illis consanguineis coniugis, cum quibus alter coniux incestum admittit, vt ibi bene iure probat.

Iure autem antiquo attentio impedimentum hoc incestus ad hoc, vt coniux ille incestuosus arceatur à petitione debiti, extenditur vsque ad quartum gradum: argumento cap. non debet de consanguinitate, & affinitate, vt probauimus lib. 1. Canonice. questionum, cap. 23. numero 5. & hoc tenent Hostiensis, & omnes quotquot de hac re disputant, secundum Thom. Sanch. qui aliquos allegat, & iure etiam probat dicens, quod ita semper consuetudine receptum est, idque tanquam verissimum amplectitur Thomas Sanch. lib. 9. de matrim. disputatione 27. numero 12. & prim. lib. 7. disputatione 15. numer. 4.

Sed hodie attentio Sancto Concil. Trident. sess. 24. de matrim. cap. 4. hoc impedimentum affinitatis ex illicita copula in specie præmissa admissa cum consanguineis alterius coniugis, non extenditur vltra

vltra secundum gradum quoad debitum, vt latissime, & fortissime iure probauimus d. lib. 1. Canonice. questionum, cap. 23. in fin. vbi alios allegauimus, hoc idem tenentes: & quamuis nonnulli graues viri post nos hanc verissimam nostram sententiam momorderiat atque in eam, vt canes latruerint, & contrariam probauerint, prout in specie sunt (vltra eos, qui oretenus cum non scripserint, nec commentaria eiderint in publicum) Angles, Cannedo, & multi Theologi Salmantini, & Compluten. & Petr. Ledelm. & Veracr. quos refert Sanchez d. lib. 9. disputatione 27. numero 13. iam postrem. apud posteriores, & grauiore Auctores nostra præfata sententia præualeat, & obtinet, prout fuit Ouard. Palatio, Enriquez. Vivaldis, dicens multos DD. consultos Salmantice, & Compluti idem tenuisse, & præterea eam quoque probat Candelabrum Aueum 7. sacrament. Emanuel Rodrig. & Saa, Petrus de Ledelma, & Vega, quos refert, & sequitur nobiscum tenens Thom. Sanch. d. lib. 7. disputatione 15. numero 4. latine d. lib. 9. disputatione 27. numero 14. dicens multo probabilius hoc esse. Quinimo præfata nostra verissima sententia hodie canonizata est declaratione Congregationis Cardinalium, quam refert Sanch. d. disputatione 27. numero 14. que ita se habet: Congregatio Concilij censuit, Decretum Trident. sessione 24. de matrim. cap. 4. ad primum, & secundum gradum restringens impedimentum inductum propter affinitatem ex fornicatione contractam, ceteri etiam ad eisdem gradus restringit impedimentum exigendi debiti ab vxore, quod in dicitur ex affinitate proveniente ex illicita copula à viro cum consanguinea sua vxoris post matrimonium habitam: alias duas similes declarationes Cardinalium refert Farinat. in quarta parte super hoc eodem Decreto Concil. sess. 27. numero 14. columna 1. que sunt huiusmodi, Congregatio censuit idem de impedimento affinitatis superueniente post matrimonium contractum. Alia S. D. N. Gregor. XIII. ex sententia Congregationis dixit per hoc Decretum sublatum ceteri impedimentum quoque superuenientis affinitatis post contractum matrimonium, quia si impedimentum dirimens sublatum est, quod minus est: ergo & istud quod solum impedit, ne is, per quem contracta est affinitas, sine peccato possit exigere debitum, quod minus est. Præterea Concilium suscipit tertium, & quartum: ergo in omnibus.

Dubium tamen est in proposito, an impedimentum hoc oriatur ex copula cum consanguineis sponsi, vel sponsæ de futuro contra publicam honestatis impedimentum? & quidem in hac questione, etiam Angel. de Clauful. in sua summa, verbo incestus numero 3. & Veracruc. in prima parte Specul. Coniug. artic. 25. in quodam dubio, quod mouet post secundam conclusionem, id negant, verius tamen est, & receptius ex ea copula oriri impedimentum contrahendi matrimonium. ex tex. in cap. 2. de eo qui cognouit, confang. ibi: si matrem sponsæ sue cognouit: si sponsæ nunquam carnaliter adhæsit, poterit ex dispensatione cum alia matrimonium contrahere: ex quibus verbis constat tex. illum loqui in sponsa per verba de futuro, nam si esset de presenti, non posset cum alia contrahere ex dispensatione Episcopi, de qua text. ille intelligitur, quia Summus Pontifex eam sibi non reseruauit, vt ibi docent hoc vltimum Abb. & Alexand. de Neuo numero 3. & quod ille text. intelligatur de sponsalibus de futuro iam solutis ob affinitatem ortam cum sponsa ex copula cum eius matre, tenet glossa ibi, verbo matrem sponsæ, Innocent. Hostiensis, & communiter DD. & probatur etiam in cap. duo pueri de dispensat. impub. & in terminis, quod

ex præd. copula oriatur impedimentum contrahendi matrimonij, tenet gloss. in d. cap. 2. verb. ex dispensatione de eo qui cognouit, confang. vx. sua. & ibi Ioan. Andr. numero 4. Anton. de Burr. numero 2. & 5. Præpos. numero 4. Matienç. alios allegans in Rubrica 11. vbi 1. glossa 1. num. 138. lib. 5. non collect. Reg. & quamplures alios Theologos citans Thom. Sanch. d. disputatione 15. numero 5. vbi quod secundum veriorum opinionem DD. hoc impedimentum est temporale, nimirum dum viuat complex delicti, cum quo incestus ille contra publicam honestatem admissus est, & ita docent Abb. in d. cap. duo pueri, num. 7. Alexand. de Neuo, numero 9. Præpos. numero 4. in principio. D. Couar. in quarto Decret. secunda parte, cap. 6. in princip. Anton. Cuch. lib. 3. Insti. maio. tit. 12. num. 28. & Ludou. Lopez in secunda parte Insti. de matrim. cap. 48. impedimento quinto in fin.

Et quamuis olim hoc impedimentum ad quartum gradum protraheretur, hodie vero non excedit primum gradum. Quare hodie sponsus de futuro rem habens cum consanguinea sponsæ in secundo gradu, nullum incurrit impedimentum, quia statutum est ob publicam honestatem violatam, ad publica honestas non excedit hodie primum gradum, iuxta Decret. Concil. Trident. sess. 24. de matrim. cap. 3. ita tenet Alphons. à Veracru. in prima parte sui Specul. Coniug. articulo 23. in dubio quod mouet post secundam conclus. quem sequitur Thom. Sanch. d. disputatione 15. numero 5. ad fin. lib. 7. de matrimonio, vbi numero 6. bene probat præd. impedimentum esse perpetuum quando quis copulam habuit cum consanguineis sponsæ de præsentia ante matrimonium consummatum, non secus ac si esset copula cum consanguineis coniugis cognitis: sicut etiam accedenti ad consanguineam sponsæ de præsentia ante matrimonium consummationem interdicitur petito debiti, vt cum aliis probauimus lib. 1. Canon. questionum, cap. 23. numero 15. & post nos, alios plures citans idem probat Sanch. d. numero 6. vers. & ita: ceteri receptissima, vera, & tenenda sententia.

Quinimo incestus cum affini, nullo subsistente matrimonio præstat impedimentum perpetuum matrimonio contrahendo, vt probatur in cap. si quis cum matre 34. questione secunda, & in capite si quis dicitur 33. questione secunda, & in capite si quis viduam 32. questione 7. ita docent Nauar. in Manual. Latin. cap. 22. numero 74. Anton. Cuch. lib. 3. Insti. maio. titulo 12. numero 27. in fin. Cordu. in sua summa, questione 155. Toledo lib. 5. sua summa cap. 12. numero 2. Petrus de Ledelma, & alij plures, quos refert Thomas Sanch. d. disputatione 15. numero 7. vbi temperat hanc sententiam, vt procedat in casu valde speciali (in quo loquitur) incestus cum matre, & filia, sentiens non omnem incestum cum affinis, orta affinitate ex fornicatione impedire: sed quando est cum matre, & filia, & tunc ipsæ quoque incurrit idem impedimentum si concitæ fuerint incestus, vt expresse dicitur in d. cap. si quis cum matre, que restrictio mihi non displicet.

Impedimentum autem non oriatur ex incestu cum cognata legali, vel spiritali, quia is proprie incestus non est: nec inuenitur tex. illud statuens, ita tenet Nauar. lib. 4. consil. in secunda editione, titulo de cognat. spiritali, consil. 8. num. 8. Magister Palatius Canonice noster Ciuitaten. in quarto, dist. 34. questione vnic. artic. 1. & alij, quos refert, & sequitur Thomas Sanch. ubi supra, numero 3.

Nunc autem suprascripta omnia de incestu cum consanguineis coniugis, quod impedit matrimonium contrahendum, limitanda, & moderanda sunt cum nostre facultatis Auctoribus, pluribus modis, quos

quos congerit, & differit Thom. Sanch. d. lib. 7. disput. 15. numero 9. cum sequentibus, de quorum veritate hic breuiter, & summarie agemus.

Primo limitantur vt ipsa procedant. & intelligantur, quando scienter admittit incestus, secus alias, vt expresse requirit text. in cap. 1. de eo, qui cognouit, confang. ux. sua. quod omnes communiter DD. proficiunt, an autem excuset ignorantia culpabilis, & solius facti, an etiam iuris late agit idem Thomas Sanch. lib. 10. de matrim. disput. 32. num. 4. & dicemus infra.

12 Secundo limitantur, quando femina a consanguineo mariti violenter cognita sit, vt habetur in ca. discretionem de eo, qui cognouit, confang.

13 Mariti vero consanguineus, qui violenter eam cognouit, tanquam veri incestus reus, & vxorem incurret impedimentum ad contrahendum matrimonium, ita Sanchez ubi supra, numero 10.

14 Vbi quid si non omnino inuita, sed timore compulsa consensit incestui.

15 Terrio temperantur, vt procedant si incestuosa copula sit consummata, ex qua oritur affinitas, alias secus, nempe quando semen a viro emissum non fuit intra vas legitimum foeminae, vt cum aliis probat ibi Sanchez numero 11.

16 Quarto limitantur, vt procedant, quando incestus commissus est cum consanguineis coniugis adhuc viuientis, secus si mortuo iam coniuge perpetretur, tunc namque non praestabit id impedimentum, ita Dominicus a Soto in quarto, distinctio 37. questione vnic. artic. 1. paulo post primam conclus. Cordub. in suo quest. lib. 1. quest. 12. artic. 1. colum. 2. vers. notetur etiam: Enriquez lib. 12. de matrim. cap. 2. num. 1. Vivald. in suo Cand. lib. 7. Sacram. prima parte. vbi de matrimonio agit, num. 96. Emanuel Saan in sua summa, verb. matrimonium, vbi de impedimentis tantum impedimentibus num. 7. Vega dicens esse omnium in secundo tom. sua summa cap. 5. casu 2.

17 Adelt tamen contra hanc sententiam text. qui videtur expressus in cap. transmissio 4. in ordm. de eo, qui cognouit, confang. uxoris sua, vbi loquitur quando vxore defuncta incestus commissus est, decidens hoc casu matrimonium de facto contractum tenere, exactionem tamen debiti esse prohibitam, quamuis vir reddere debitum teneatur, et si 13. tit. 2. part. 2. indistincte, & generaliter in hoc casu loquatur in incestu commissio con parienta de su niger, & sic videtur vtrumque casum comprehendere, scilicet, siue viua, vel mortua vxore is incestus commissus sit iuxta dispositionem d. cap. transmissio, hocque apertissime sentiunt Palud. in 4. distinctio 34. quest. 1. artic. 2. conclus. 2. & ibi Supplementum Gabrielis questione vnic. artic. 1. Caieta. in repet. cap. ad lumina 30. questione 1. §. 4. numero 295. dicentes ad hoc impedimentum incurrendum nihil referre an adulterium reperitur cum incestu, nec ne? & in propriis terminis hanc secundam sententiam tenent, & probant D. Sarmient. dicens esse rem manifestam lib. 7. sect. 1. interpret. cap. 10. in princip. Ouard. in 4. distinctio 41. disputat. vnic. proposit. 3. Petrus de Ledesma dicens esse rem certissimam de matrim. quest. 38. artic. 4. dubio primo, quos refert, & sequitur Thom. Sanch. d. disput. 15. numero 12. & hanc amplector tanquam veriore, & probatam in d. cap. transmissio.

18 Quinto limitantur secundum aliquos DD. vt procedant in incestu non occulto, secus si occultus sit, quos refert Thom. Sanch. d. lib. 7. disput. 15. numero 13. qui tamen rectius meo iudicio probat, & tenet contrarium, tum quod nullo iure probetur praed. limitatio, tum etiam quia incestus est eius naturae, vt semper occulte committatur, vnde si praed. limi-

tatio vera esset, raro aut nunquam locus esset huic impedimento: quare merito contra d. limitationem tenet glossa in c. qui dormierit, verbo neuram 32. q. 7. & Alfonso a Castr. lib. 2. de lege penal. c. 5. §. rursus, 5. argument. 0, & nos d. lib. 1. Can. questionum cap. 23. num. 8.

Sic etiam mihi non placet alia & 6. limitatio non nullorum existimantium, vt tunc incestus impeditur quando praecesserit iudicis sententia circa illud, vt videtur placere Palatio, & Simanc. quos refert Sanchez ibidem numero 14. contra eos etiam tenens, imo quod non desideretur sententia, vt incestuosus priuatur iure petendi debitum, vt late probauit idem Sanch. lib. 10. disput. 30. num. 2. & ob easdem rationes nec ad incurrendum hoc impedimentum requiratur sententia, sicut non desideratur ad incurrendum impedimenta dirimentis criminis, vt sentiunt Castr. in loco praed. & Petrus de Ledesma. de matrim. quest. 38. artic. 4. in fine.

Magna tamen controversia est inter DD. an incestus commissus cum propriis consanguineis impedit matrimonium contrahendum, sicut commissus cum affinis, que hic necessario esset discutienda, nisi nouissime, & exacte iam fuisset discussa per Thom. Sanch. d. lib. 7. de matrim. disput. 15. num. 15. per totum, vbi duas opiniones sibi inuicem contrarias refert. & fundat allegans pro vtraque parte quam plurimos DD. antiquos, & modernos Iuristas, & Theologos.

Prima opinio est satis recepta, & communis, quod huiusmodi incestus commissus cum propriis consanguineis impedit matrimonium contrahendum, cum alia quacunque foemina, quam tenet glossa, in cap. de incestu, glossa fin. 33. questione 3. & vltra DD. innumeros eam tenentes probat expresse l. 13. titulo 2. partita 4. ibi, el vno de ellos (scilicet, que impiden contraher matrimonio) un peccado que llama en Latin, incestus, que quiere tanto dezir como peccado, que home haze hazendo a sabidas con su parienta, o con parienta de su niger, o de otra con quien ouiese hazido fassa el quarto grado, vbi Gregor. Lopez in glossa, con su parienta, refert easdem secundas opiniones contrarias, & in fine illius glossae inquit, quod quia ista nostra lex ita interpretatur iura Canonica, standum est forte ei, & Doctoribus Iuris Canonici ita tenentibus, & est quam valde probabilis, secundum Thom. Sanch. ubi supra.

Secunda opinio, que communis & tenenda, & recepta appellari potest, habet contrarium, imo quod hic incestus cum propria consanguinea commissus minime impedit matrimonium, contrahendum, & hanc tenent Diuus Thom. Couar. & alij quam plures Auctores vtriusque Scholae relati per Sanch. ubi supra, vbi eam probabiliorum reputat, & vltra cum hanc opinionem sequuti fuimus lib. 1. Canon. questionum cap. 15. num. 6. vbi quod haec est communis Theologorum sententia, contra priorem communem contrariam Canonistarum, hanc secundam sequitur, & fundat Zeuallos in sua Communibus contra Com. primo tom. quest. 737. num. 3. cum sequentibus, vbi eam veriore, & receptiorem appellat addens, quod semper illam defendit in iudicando, & consulendo, & re vera negari non potest, quin haec sit magis probabilis, & communis sententia: sed cum prima contraria communis etiam sit, & expresse approbata in d. l. Regia part. in verbis supra relatis in praxi seruanda videtur, quia iure Canonico non reperitur expresse aliquid decisum in hoc, sed sint opiniones diuersae, & ambe communes.

Deficiente namque iure Canonico recurrendum est ad ius Regium, quia leges Castellae, & Hispaniae sunt ius commune inter nos, & non municipale, vt late probat Did. Perez in 3. part. quest. proemial. ordm. per totum: si enim esset ius Canonicum,

eum quo clare probaretur secunda praed. opinio, ei profus esset standum in materia Canonica, prout est hic impedimentum matrimoniorum aduersus II. Civiles, & etiam Regias: sed cum in hac specie ius Canonium nihil decidat, sed opinionibus diuersis, & contrariis datis sit locus, vt vidimus & iure Regio probata sit expresse praedict. prima opinio ea in praxi sequenda erit per supradicta.

21 Verum consuetudine obtentum esse dicitur, vt in casu incestus non petatur dispensatio etiam ab Episcopo, vt cum Palud. Nauar. & Cordub. diximus ubi supra, numero 8. & dicemus statim infra latius.

22 Et quod Episcopus in hoc casu possit dispensare est communis sententia, vt probauimus eodem lib. 1. Canon. questionum cap. 23. num. 12. vbi numero 14. quod vbi non est consuetum petere dispensationem ab Episcopo, nec est hominum memoria, vt Episcopi dispensent ad contrahendum matrimonium cum alia legitima vxore, nec ad petitionem debiti, sed potius Episcopi hoc scientes longo tempore dissimulassent, non est necessaria eorum dispensatio, quia videntur tacite consentire, ac si dispensarent.

in l. 14. titulo 2. partita 4. sed hoc deficit in proposito, igitur non est impedimentum, atque ideo hanc opinionem tenent plures, quos refert, & sequitur contra Ouard. Thom. Sanch. ubi supra, num. 4.

Quod autem maiorem difficultatem habet, est, an idem impedimentum ad matrimonium contrahendum incurrat vxor, virum interficiens? & in hoc sunt duae opiniones contrariae, prima est negatiua: quia iura Canonica hoc impedimentum statuentia de solo vxorcidio loquuntur, nec videtur eadem ratio de viricidio, quia hoc est rarissimum, & vxores non sunt promptae ad id, imo sunt timidae, at vxorcidium est frequens, quia viri sunt audaciores, & procliuiores ad id delictum perpetrandum, & ideo ad virorum audaciam, & inclinationem cohibendam ius Canonium poenam hanc statuit viro interficienti vxorem, non autem de contra vxori virum occidenti: qua ratione, & aliis motibus Thom. Sanch. d. lib. 7. disput. atione 12. numero 25. defendit poenas viri raptoris foeminae non extendi ad viri raptricem cum Cyno, & aliis DD. quos refert dicens hoc esse verum, & in terminis hanc partem cum Syluest. Armil. Ledesma. Veracru. Matien. Toledo, & Emanuel Saanen. & veriore dicit idem Thom. Sanch. d. lib. 7. disput. 16. num. 6.

Nihilominus tamen contrariam sententiam, & sic affirmatiuam in nostra specie viricidij veriore, & tenendam esse cenleo, imo quod idem impedimentum incurrat vxor virum interficiens ad matrimonium, quoniam vir, & vxor sunt correlatiua, & militat in vtroque casu eadem ratio, & ideo dispositum in vno censetur in alio dispositum, vt in iuribus vulgaribus.

Imo maior est ratio in viricidio, grauius siquidem delictum est si vxor virum occidat, cui tanquam capiti debet reuerentiam, & subiectionem: & rationes positae in cap. ad monere 33. questione 2. vbi hoc impedimentum vxorcidij statutum est, procedunt etiam in viricidio, ibi, occidisti vxorem tuam partem corporis tui legitimum matrimonium, sociatum, filios tuos ofensa fecisti: & ita merito hanc partem tenent plures numero Auctores, & graues, nempe Palud. Supplementum Gabrie. D. Antoni. Soto. Nauar. Ant. Cuch. Viguierus, Palatios, Enriquez, Ludouic. Lopez, Philarcus, Vinaldus, & Hugolin. quos refert Thom. Sanch. d. disput. 16. numero 3. dicens quod hoc affirmant multi, & valde probabiliter.

Neque obstant fundamenta prioris partis negatiuae, tum quia non sunt peremptoria, nec nimium vgentia: tum etiam quia et si ius Canonium in proposito loquatur tantum de vxorcidio, hoc contingit, & est gratia frequentioris vsus, eo quod frequentius hoc contingat quam viricidium.

Verba autem gratia frequentioris vsus posita in lege, eam non solent restringere, quin ad casum minus frequentem extendantur, & probauit idem Sanch. lib. 6. disput. 19. num. 10. & late Tiracord. de vtriusque lignatur. §. 20. glossa vnic. n. 4. cum sequ. praefertur, cum eodem ratione impedimentum vxorcidij, imo & maiores militent in viricidio, vt probauimus, & hoc impedimentum vxorcidij non fit contra ius commune, sed secundum ius Canonium, & sic non obstat l. si vero §. de viro ff. si uir, marit. Neque obstat opinio de foemina rapiente virum, quod in ea non habeat locum poena l. vnic. cum simul. C. de rap. virg. quam retulimus defendere Sanchez cum aliis. Contraria namque sententia & sic affirmatiua in ea quoque specie est verior quam tenet glossa in d. vnic. verbo sponsa, & eam ad hoc dicit singulare, & vnicam, Angel. de Perus. ibi in fin. & quod semel vidit in Ciuitate Florentinae quandam meretricem comburi, ex eo, quod

CAPITVLVM LXXXVIII.

De impedimento vxorcidy, & viricidy.

SVM MARIVM.

- 1 Vxorcidium ira, odio, vindicta adulterij commissum impedit matrimonium contrahendum, contra alium tamen non dirimit: ampliat: num. 2. vt procedat, etiam si maritus vxorem in adulterio deprehensam propria auctoritate occidat: limitatur tamen num. 3. si vir adulteram sibi traditam auctoritate iudicis occidat.
- 2 Vxor virum occidens an iure impediatur cum alio matrimonio inire?
- 3 Verbo gratia frequentioris vsus posita in lege, eam non solent restringere, quin ad casum minus frequentem extendantur.
- 4 Foemina rapientis virum an incurrat poenas l. vnic. C. de rapu virg.
- 5 Finis legis dupliciter potest considerari, aut in communi, aut in particulari: quando cessat primo modo, cessat obligatio legis, non autem quando cessat in particulari.

Vxorcidium ira, odio, vindicta adulterij commissum impedimentum Canonium est, ne vir aliam vxorem ducere possit, non tamen dirimit matrimonium, cap. interfectores, & cap. ad monere, & cap. quicunque 33. quest. 2. estque receptissima ab omnibus sententia.

2 Quod procedit, etiam si maritus vxorem in adulterio deprehensam propria auctoritate occidat, vt in d. cap. quicunque ibi, absque certa probatione, & in specie ita tenet D. Thom. in quarto, distinctio 37. questione 2. articulo 2. in corpore, & ibi communiter Theologi, & alibi sapissime, quorum plures refert, & sequitur Thom. Sanch. lib. 7. de matrimonio, disput. 16. num. 2. contra alios quos refert num. 3. dicens minime eos esse audiendos.

3 Secus tamen est si vir adulteram sibi traditam iudicis auctoritate occidat, tunc enim hoc impedimentum non incurrit, vt probatur in d. c. quicunque, ibi, absque lege, absque certa probatione: grauitas namque peccati est causa huius impedimenti, vt

in d. cap. quicunque ibi, absque certa probatione, & in specie ita tenet D. Thom. in quarto, distinctio 37. questione 2. articulo 2. in corpore, & ibi communiter Theologi, & alibi sapissime, quorum plures refert, & sequitur Thom. Sanch. lib. 7. de matrimonio, disput. 16. num. 2. contra alios quos refert num. 3. dicens minime eos esse audiendos.

Secus tamen est si vir adulteram sibi traditam iudicis auctoritate occidat, tunc enim hoc impedimentum non incurrit, vt probatur in d. c. quicunque, ibi, absque lege, absque certa probatione: grauitas namque peccati est causa huius impedimenti, vt

- 19. Matrimonium ignoranter contractum cum libera valdum est.
- 20. Error seruitutis non vera, sed adscriptitia, vel originaria non dirimit matrimonium.
- 21. Serui adscriptitij qui sunt.
- 22. Matrimonium scienter contractum inter seruos, & matrimonium liberi cum ancilla, vel libera cum seruo, non ignorata seruitutis conditio valdum est.
- 23. L. cum ancilla, C. de incestu nuptiis, corrigatur iure Canonico attentio.
- 24. Matrimonium contrahens scienter cum ancilla an peccet.
- 25. Est tamen irregularis, vt in num. 25.
- 26. Matrimonium contrahens scienter cum propria ancilla an sit irregularis.
- 27. Irregularis an sit contrahens matrimonium scienter cum serua, vel ancilla propria, num. 25. & 26.
- 28. Error seruitutis vniu ex contrahentibus ignorata quando impediatur, & dirimat matrimonium, & quando non?
- 29. Seruus contrahens cum ancilla credens eam esse liberam valde contrahit.

Error conditionis seruilis quando liber contrahit cum ancilla, eius conditionem ignorans, vel libera cum seruo reddit matrimonium nullum, text. in cap. secundo, tertio, & ultimo. de coniug. seru. cap. si quis ingenuus 29. quesi. 2. cum siml. l. Regia 11. titulo secundo. par. 1. & 4. ratio est secundum D. Thom. & communiter Theologos, quia is error valde bonis matrimonij aduersatur, bono sacramenti & indiuidui cohabitationi, cum seruus debeat in domo domini habitare, ab eoque possit mitti in partes remotas, ubi vendendus: bono fidei, quia non potest ad libitum reddere debitum, sed cum ei vacauerit. satisfeceritque obsequiis in quibus a domino occupatur: bono prolis, quia nequirit eam alere, cum omnia domino acquirat, nec erit in parentis potestate, vt religiose educetur, & hęc conclusio est apud omnes certissima & iure Canonico, & Regio expresse approbata, & decisa: prodegit tamen iure solo Ecclesiastico attentio, non vero de iure naturali vt cum probabiliori & magis recepta Doctorum sententia aduersus nonnullos latissime probat Thomas Sanchez lib. 7. de matrimonio, disp. 19. numero 106.

1. Vbi numero 17. quod valet matrimonium inter infideles in iure cum errore conditionis, nisi aliqua speciali eorum lege irritetur, eo quod legibus Ecclesiasticis id irritantibus minime altringantur, licet satis probabile sit non valere, sicut quoque valde probabile est iure nature, cui subijciuntur etiam infideles, id matrimonium esse nullum, vt censuit, & probauerat idem Sanchez vbi supra, num. 15. cum paucioribus.

2. Idemque probant DD. in seruitute ignorata non perpetua, sed ad tempus, nempe cum pro certo tempore conceditur seruo libertas, vt eo transacto in pristinam redigatur seruitutem, dirimet namque matrimonium eo medio libertatis tempore contractum, vt tenent, atque probant D. Soto in quarto distinctione 33. questione vnic. articulo 2. columna quarta, versiculo ad hęc. Ledesm. in secundam partem quartę, quesi. 34. artic. 1. ad fin. Manuel Rodriguez in primo tom. sua summa in secunda editione, cap. 220. num. 3. & Vega in secundo tom. sua summa, cap. 34. casu 67. §. nota que auuque, sed contra eos merito probat valere in premissa specie matrim. Thom. Sanchez de matrimonio lib. 7. disp. 19. num. 3.

3. Quoniam libertas concedi non potest pro tempore determinato, sed semel pro quocunque tem-

pore concessa est perpetua, vt in l. libertas 91. alias 32. unclal. ideo statim sequenti, ff. de man. testam. & probat latus Sanchez ibidem.

Quod si liber contrahat matrimonium cum ancilla statu libera, cui ex tempore aliquo, vt abhinc biennio concessa est libertas ignorante libero eam conditionem seruilis indistincte, non etiam valet matrimonium propter errorem, & ignorantiam conditionis personę, vt in terminis tenet Angel. in summa verbo matrimonium tertium, impedimento quarto, numero 6. & Syluester verbo matrim. ad au. quesi. 2. d. 3.

Hanc tamen conclusionem temperat Thom. Sanchez, d. dissertatione 19. num. 4. nisi modicum tempus deficiat, vt statim liberam, & plenam acquirat libertatem, quia tunc id matrimonium valet, quoniam in hac specie cessant rationes primę conclusionis in primo huius cap. affirmata: & insuper hoc temperamentum alius rationibus ibi comprobatur, dicens, quod quamuis neminem inuenierit hoc temperamentum, consultis tamen vitiis doctissimis illis vifa fuit hęc sua sententia valde probabilis.

Mihi autem talis non videtur, sed potius contrarium, siquidem in hac specie non cessant omnes rationes, quibus Ecclesia ducta irritat matrimonium inter liberam, & ancillam, etiam si intra breue tempus sit acquirenda libertas, siquidem liber contrahens cum huiusmodi statu libera ignorat conditionem eius cum qua matrimonium inficius contrahit, & re vera eo tempore femina serua erat; at quo breui tempore conuequutura esset libertatem, quid ad rem, siquidem liber homo cum ea tanquam omnino libera contrahens matrim. si sciret tempore contractus matrimonij ipsam esse seruilis conditionem, & statum esse, credendum omnino sit non contrahendum: deceptus igitur fuit, & consensus defuit, quia nihil tam contra consensus, quam error: ergo est nullum matrimonium, Ecclesia igitur non solum supradictis rationibus irritat matrimonium inter liberam & ancillam, sed etiam ex defectu consensus: quare etsi deficerent priorcs rationes, adest tamen hęc defectus consensus, qui sola tanquam sufficiente suffinetur dispositio: argumento text. in §. 4. spiritus, Institutio de nup. vbi probatur, quod quoties eiusdem dispositionis due sunt rationes, sublatę duabus altera, non ob id cessat dispositio reliqua remanent.

Ceterum autem illius Authotis fundamento non asfringunt, existimare præterea eundem, breuius spatium sex mensium sufficere ad valorem prædicti matrimonij, quati hoc sit modicum tempus potius ex arbitrio pendere, quam iure probari videtur, siquidem valor matrimonij ex modico, vel alio tempore non debet esse impedimentum, cum matrimonium sit actus legitimus, sed initium contractus est inspicendum, an sit tunc temporis validum, aut nullum: ergo, &c.

Præterea hęc nostra sententia comprobatur ex traditis in similibus terminis per eundem Thom. Sanchez lib. prima, dissertatione 16. numero 4. vbi querens, an septennium requisitum ad valorem sponsalium de futuro requiratur, quod omnino completum sit, vel satis sit moraliter completum esse, quia parum deficit, quando non constat malitiam supplerere ætatem: refert opinionem aliquorum, qui censent sufficere moraliter completum esse, vt si duo, vel tres dies deficiant, quia quod parum distat, nihil distare videtur: teste Aristot. secundo Physic. ipse vero Thom. Sanchez ibidem affirmat probabilis sibi esse exigere septennium metaphysice completum, vbi de malitia ætatem supplente non constat, quod etiam ea ratione ibi probat, quia vel vnā die deficiente

vero

vere non diceretur septennium completum, sed inceptum: item quia ad testamentum, in quo requiruntur quatuordecim anni completi, si vna dies defuisset, non valeret testamentum: similiter non valeret professio, si vna dies deficeret ad 16. annorum complementum, & hanc partem refert tenentes Couar. & alios DD. dicentes esse speciale fauore matrimonij, vt satis sit vltimam diem septennij inchoatam esse, eisdem igitur rationibus profitemdum necessario est in specie de temperamenti nullum esse matrimonium, etiam si breui tempore statu libera libertatem plenam consequutura sit, siquidem ante plenam libertatem consequutam ancilla vere sit, hocque ignorans, sed credens omnino esse, & fuisse semper liberam, cum ea seruitutis ignorata tempore liber matrimonium contraxerit, alias non contrahatur, si id sciret, propter defectum suę personę, & indecorem suę prolis, & generationis. Quę profecto sententia verissima est, tamen in questione modo enarrata in simili adducta de ætate septennij, ad sponsalia de futuro nondum completa, aliud latius, & melius probauerimus contra eundem Thom. Sanchez supra hoc eodem libro in principio, cap. 2. num. 5. cum seq. idem nunc in eodem articulo, de quo ibi tenet, & probat.

Præterea contrahens matrimonium ignorat eam ancilla, & postea affectu vxorio copulam habens cum eadem iam in manu illa ignarus manumissionis, non censetur reuadere matrimonium nullum præcedens, quia videtur ex antiquo consensu accedere, glossa in cap. final. de coniug. seru. in §. in cap. si quis ingenuus 29. questione secunda, quam sententiam sequuntur communiter Summistę, pro ut sunt Gofredus titulo de coniug. seru. numero octauo, Rosel. verb. impedimentum, impedimento 3. numero 2. Syluest. verbo matrimonium 8. questione 2. dicto 2. Tabien. verbo impedimentum, impedim. 1. questione 12. numero 17. Nauar. in Manual. cap. 22. numero 33. Gregor. Lopez in l. 2. tit. 3. par. 4. in gloss. no es anfi. Marc. Anton. Cuchus, lib. 3. Institut. mat. titulo 12. numero 50. & multi alij Theologi moderni, quos refert, & sequitur Thom. Sanchez de matrim. lib. 2. dissertatione 36. sub numero 3. septimo fundamento: consensus namque ab initio nullus fuit, & illa ignorantia semper durat, quare copula tunc non reputatur nouus consensus.

Validum tamen erit matrimonium liberi cum ancilla cum errore conditionis seruilis, quando transierit decennium ex quo illa ancilla est in possessione libertatis, nulla sibi circa statum controuersia mota, vt probatur in cap. penul. de coniug. seru. vbi non auditur femina allegans viri seruitutem, qui probauit decennio se tanquam liberum gessisse absque aliqua controuersia sibi mota, quia eo decennio libertas præscribitur, hoc est acquiritur, imo quinquennio, vt inquit glossa ibi verbo decennio per l. 1. & l. si pater, C. de de stat. defuncti, hoc tamen procedit quoad forum exterius, sed in foro conscientie secus est, nisi post præscriptam libertatem non adseruerit consensus cognita prioris matrimonij invaliditate, vt voluit Paludan. in quarto, distinctione 36. questione 1. articulo 2. numero 15. & clarius Palat. ibi dissertatione vnic. colum. 5. versic. Porro quicquid & vers. sequenti, quod verissimum esse affirmat Thomas Sanchez lib. 7. de matrimonio, dissertatione 19. numero sexto ad fin. si ante matrimonium initum, ancilla illa iam legitime præscripserit libertatem, concurrentibus ad eam præscriptionem requisitis, tunc namque matrimonium esset legitimum, quia esset liberi cum libera: inueniens a contrario sensu (quamuis id non exprimat) secus esse alias, nem-

pe quando ante illud matrim. non esset præscripta legitime libertas, licet post matrim. celebratum compleretur præscriptio: & quidem recte meo iudicio, quoniam re vera tempore contractus matrimonij non erat vere liber, eiusque conditio, & status erat ignoratus a libero contrahente cum ea.

Coniux autem seruitutis alterius ignorans, de reiecta eius seruitute poterit propria autoritate recedere, quia hoc occulto, & sine scandalo sit, ita tenent Ricard. Astens. Angel. Syluest. Nau. Soto, Ludou. Lop. Bart. à Ledesm. quos refert, & sequitur Thomas Sanchez vbi supra, numero 7. addens, quod si matrim. sit occultum (vt iam testibus nec libro parochi probari possit, quia obierunt parochi, & testes, ac liber amissus est) potest etiam liberę propria autoritate recedere, quoad habitationem, eo quod sit certus, matrimonium fuisse nullum, & cesset separationis scandalum, vt tenent DD. quos ibi refert: secus alias, nempe quando non cessat scandalum, tunc namque iudicio Ecclesię opus est, vt ibi bene probat.

Sed cum ignorantia seruitutis irritet matrimonium, dubitatur cui incumbat onus probandi præd. alleganti ignorantiam seruitutis eam probare teneatur, vel alteri coniugi seruilis conditionis onus incumbat probandi scientiam? & videtur primum ex text. in cap. fin. de coniug. seru. ibi: Mandamus quatenus, si confiterit quod miles ignoranter contraxit cum ancilla: ergo ipsi alleganti ignorantiam incumbit onus probandi eam præmaxime cum ancilla sit in possessione matrimonij: ergo quousque liber prætendens nullum esse matrim. ob ignorantiam seruitutis sui coniugis suam intentionem tanquam actor probauerit, & sic suam ignorantiam, tuenda est in sua possessione matrimonij, & non spolianda.

Quando enim quis allegat ignorantiam pro fundamento suę intentionis, eandem probare debet, vt cum Felin. & aliis tenet Mascard. de probat. volum. 2. conclusione 279. numero 59. & in terminis, de quibus agimus, hanc partem tenet Henriquez lib. 11. de matrimonio, cap. 10. numero 5.

Verum hęc opinio vera non est, sed potius contraria, imo quod coniux seruilis conditionis teneatur in proposito probare scientiam suę conditionis, & status in altero, & ignorantiam liberi non presumendum contrarium non probatur.

In alieno namque facto non presumitur scientia, sed ignorantia, vt in regula præsumitur ignorantia de reg. iur. in 6. & in l. verius, ff. de probat. & in l. fin. ff. pro suo, cum siml. Mascard. de probat. tertio tom. conclus. 1214. num. 50. vbi quod hoc est verum si allegetur, secundum Bald. & alios, quos citat idem Mascard. conclus. 879. verb. ignorantia, num. 1. & 6. volum. 2. & ita merito in terminis hanc sententiam tenent Hostiens. in d. c. fin. num. 3. super verba constituta, & ibi Ioan. And. num. 3. Ant. de Butrio num. 6. Abb. numer. 6. Cardin. in principio in prima oppos. Alex. de Neou num. 5. & Præposit. num. 4. quos refert, & sequitur Thom. Sanchez vbi supra, num. 8. ad fundamenta contraria respondemus.

Ignorantiam probari iuramento eam allegantis, text. in cap. vt iura, & in c. nulli in fin. de elec. in 6. cum siml. quę cumulat infinitos Authores citans Mascard. secundo tom. de probat. conclus. 881. num. 1. cum sequentibus. Limitanda autem est secunda sententia supradicta, & proculdubio communis, & tenenda, vt ex plerisque eius Authoribus constat, quando tempore contractus matrimonij conditio coniugis seruilis esset communiter in eo loco nota.

Z Quoniam